

Georg Nikolaus Erasmi


Georgii Nicolai Erasmi, Ohrdrufiensis, Tristium Hoc est Epigrammatum, Quibus Cobroviense ob oculos pingitur incendium, Liber Singularis

Gustroviae: Scheippel, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727402897>

Druck Freier  Zugang





PI

Cg-1671¹⁻¹⁰



Universitäts-
Bibliothek
Rostock





GEORGII NICO-
LAI ERASMI,
Ohrdrufiensis,


TRISTIUM

Hoc est


EPIGRAMMATUM,

Quibus Cobroviense ob oculos pin-
gitur incendium,

LIBER SINGULARIS.



GUSTROVIÆ,
Literis SCHEIPPELIANIS,
Anno Orbis redempti
M, DC, LXIII



EPIGRAMMA

I.

Joculare.

Cur teneras pravo fœdasti no-
mine chartas,
Pagellamq; tibi Cacus utramq; facit:
Inspexi Librum: Cacus undiq;, & unde-
diq; Cacus.

Omnia pene Cacus verba *Κάκισος*
haber.

Quàm pulchra, ô, dixi, tu fundis car-
mina Amice,
Sed nollem sævo contemerata
Caco.

II.

Serium.

Qui, Cacus, infandis vastaverat omnia
flammis,
A vobis clavâ sternitur Herculeâ.

*Ad novum Tristium Librum adje-
cit in amicitia signum*

Daniel Georgius Morhofius
D. & Poës. Prof. Publ.


Ad

Ad Autorem.

V Ir reverende, Caci dum, sanctis
 etis dedite curis,
Historiam gaudes differuisse metris,
Quæ vis ingenii, quæ sit solertia, mon-
 stras,
Ipsa adhibent certam metra polita
 fidem.
Carmina ceu per Te vivunt, sic ipse
 per illa
Vivis ab extremis secula sera rogis.

scrib.

Hardvigus Hane,
Palt. Rekenic.



Ad



Ad Literas

JOHANNIS MARCI,
GUSTROVIENSIS,

Responsum.

Eximie Vir, laudo tuas ad me
literas, sed nôris, me ad tene-
bricosissimi illius, quisquis est, Ne-
brii venenatas calumnias æqvè com-
motum fuisse, ac olim Gallos ad Six-
ti Vti. ex pelvi tonitruum.

Mendacium autorem feriet. Quid
in miserrimo præstiterim Caco, te-
stis est, præter apertæ veritatis homi-
nes, conscia mens recti, Nebrii men-
dacia ridens.

Quærit stellio ille in nostro Libel-
lo famam, reperiet affatim, sed in fi-
ne,


ne, quam, tali scilicet honore dignus,
cum Caco non nostro, meritus erat
in principio. Vale. Dabantur Lagæ,
Mense Junio, 1663.

T.

omni studio

G. N. E.

GEOR.

1,

GEORGII NICOLAI ERASMI,
Lagæ Presbyteri,

TRISTIUM,

Ad Excellentem, & Nobilissimum
VIRUM,

JOHANNEM ALBERTUM
PLISCHOVIUM,

TRECHOVI DOMINUM,

LIBER SINGULARIS.

1. Ad Lectorem.
*P*enè Agathi quoniam nulli sunt compa-
re nostro,
Excipiunt sævum nostra theatra Cacus.

2. Cacus.
*C*armina Vergilii culpant Heroica
Cacum.
Nasonis reprobat culta Elegia Cacus.

A 4

3. Ad

3. Ad Nobilissimum Jo. Albertum
Plischovium, Trechovi
Dominum.

Læta equidem vellem potius producere,
fecit

Scribere, non sanus pectore, mæsta Caci.

4. Ad Lectorem.

Tres. Ego mæstitia volui concludere
Libros,

Ad quartum traxit flamma nefanda Caci.

5. Ad Dan. Georgium Morhofium,
J. D. & Prof.

Irâ fervebam, rapidis ut flumina ventis,

Quando exercebat pagina quæq; Cacum.

Quare nequicquam dulcis miraris amice,

Undiq; quòd Cacus, & sit Cacus, atq;
Cacus.

6. In Cacum.

Fel elegisti temerè, mel lingere gestis.

Quos elegisti, percipe latro cibos.

7. Ad Herm. Schukmannum D.
Theologum,

Omnia quàm tenui constent pede,
cernere res est

In factò, Satanâ teteriore, Caci. 8. De

8. De Caco.

Latronem sevi turpem non pœnitet ausi,
Ferreæ sed collo vincula ferre pudet.

9. De Eodem.

Pejores fiunt homines. Cacus, improbus
auso,

Pessimus est, fiat, non, ubi pejor, habet.

10. Ad Lectorem.

Divina, movisse Cacum quid possit;
an ira?

Dicitur iratum non habuisse animum.
Sensit an insensâ crudelia verbera dextrâ?

Non tulit hæc, quamvis verbere dignus
erat. (fit.)

Estne fame pressus? nescit, quid dira fames
Verbo igitur dicam, Lector amice, nihil.

11. Ad Cacum.

Cui servivisti, mercedem, Lairo, peren-
nem

Ne numeret, pavidâ, perditæ, mente roga.

12. Ad Eundem.

Verte Deo frontem, Sataniæ da pessime
tergum,

Nè sit post fumum flamma secunda torq.

A 5

13. Iunia-

13. Eumatio Caci.

DEberet fumus si mortem inferret abacchi,
Credo, tibi funus, Nicotiana, foret.

14. Ad Cacam.

Nè, Cace, bis flammis fervens patiârè,
redito,

Ad, quem debebas non violâsse, Deum.

15. Ad amicum suum, Tobiam
Rombergium.

De Caco.

Sacchara nunc vellet, demens absinthia
legit,

Quos legit, nequam devoret ergò cibos.

16. Ad Joach. Melanocephalum
Theol. Walikendorpien.

Qui sibi delegit nunquam curabile
vulnus,

Est innutritus crimine latro suo.

17. In Cacam.

Quæ te pertavit lascivo femina ventre,
Non homo, sed torvâ bellua fronte
fuit.

18. Ad:

18. Ad Jo. Petraum, Conf. Rostoch.
opt. merentem, & Senatûs An-
tecessorem.

Quem degustabit, non sentiet ignis a-
morem,
Ignis fervorem sentiet ore Cacus.

19. Ad Cacum.

Sis licet indignus, cui nostra gratia pro-
fit,

Ipse rogabo, diu nè moriâre, tamen.

20. Ad Nic. Heideman / Theol.
Gustrov.

Qui fecit flammâs, in fumos transier
atros,

Lento tabescens dirus ab igne Cacus.

21. Ad Jo. Albertum Plischovium,
Trechovii Dominum.

Qui tuus est, instar, generoso stemma-
te, fratris,

Crede mihi, lachrymis, quæ tulit, illa
tuli. (vitet,

Det Deus, ut quævis posthâc mala noxia
Et plus accipiat, quàm ferus ignis habet.

22. Ad

22. Ad Joach. Lindemannum, Theol.
Rost.

Dum cupit in patriam torvo Cacus ore
redire,

Cobroviæ aresto flamma luenda tenet.

23. Ad Joach. Christoph. Behr /
Semmeloviæ, & Bresemii
Dominum.

Qui contristavit, mox contristabitur,
audax,

Flammæ & fumos quando vorabit homo.

24. Ad Rembertum Sandhagen /
Theol. Rost.

Tot tignos flammæ qui perditione sub-
egit,

Victima condignæ perditionis erit.

25. Ad Jo. Alb. von Plischowen /
Tschovii Dn.

Horrea cum stabulis rapidissima flam-
ma subegit,

Quæ insudatum tempora longa fuit.

Horâ sc̄ valuit Cacus omnia perdere in
unâ,

Innumerus potuit quæ stabilire dies.

26. Ad

26. Ad Tob. Rombergium, Civit.
Rost. Secretarium integerrimum.

Coecus erat, demens Cacus, improbus,
horridus, audax,

Flammâ funestum quando peregit opus.

27. Ad Joach. Henr. Vereggium
Rosseviziî Dn.

Non homo, sed dæmon, non dæmon,
dæmone pejor,

Projecit quando testâ novella, Cacus.

28. In Cacum.

Qvale fuit cor, quando ignis pecus om-
omne subegit?

Hoc, erat, è flammis surripuisse, decus.
Sæva tigris, vel, si quid tigride pejus habe-
tur,

Te flamma expectat fumea, tardâ neci.

29. Ad Jo. Chrysolithum, Theol.

In Daniam vult, non homo, bestia sæva
redire,

Patria Cobrovia fumus & ignis erit.

30. Ad Adolph. Jo. Plifchovium,
Cobroviæ Dominum.

In tenui butyro, Christina ait, unctio
panis

Esto, nè superest unica vacca patri.

Paschasius frater respondet: at unctio larga

Esto, nam pecoris proximus usus erit.

Parvula nata quidem, praesens quod triste
malum sit,

Venturum, natus percipit, esse bonum.

31. Ad Arnoldum Gebhardum

Ludecum, Theol.

Assa caro est pecoris villa totius in igne,
Pessimus in flammâ latro erit assa caro.

32. In Cacus.

Te, scelerate, rogo, servet vis maxima,
donec

Perdat damnato pœna ferenda rogo.

33. Ad Danielelem Janum,

Ephorum suum. [tivum

Atrox frumentum temerè quodcumq; sa-
Et nutritivum perdidit omne Cacus.

Non Cacus est homo, non, quamvis fera,
bestia, monstrum est

Horrendum, quod mox horridus ignis
edet.

34. Ad

34. Ad Danos, territorii Megapolensis alumnos.

Hæc si de vestro populari percipietis,
Et Dominis fidè semper, & este pii.

35. Ad Deum ter max.

DA Deus, exitium propè non curabile
passis,

Auxilium largâ, consiliûq; manu,
Ut citò proficiant tignis, brutusq; deinde
Servitium discant semper amare tuum.

36. Ad Jo. Franc. Claufingium Thol.

Pastor erat Cacus, at, temerè nè nomen
haberet,

Omne pecus magnum pavu & igne mi-
nus.

37. Ad Jo. Fridericum von Lehsten
Vardoviæ Dominum.

Non anser, non gallina est, vix una
columba,

Hausit plumatum quodlibet igne Cacus.

38. Dominica Lætare.

Ad Adolph. Jo. Plischovium, Cobroviæ
Dominum.

Triffis

TRistus eras, quia perdiderat penè om-
nia flamma,
Qvo letabatur cætus, Adolphe, die.
39. Ad Eundem.

Qui tenui pavit Dominus tot millia
victu,
Nutriet expansâ tegz, tuosqz manu.
40. Ad Casparum Schulz/Past.
Periscov.

IN Domino qvo debebam letarier, illo
Luxerunt toto pectora mæsta die.
41. In Cacum.

Quid tibi mentis erat, Cace, qvando,
torris abusu,
Ardebant flammâ fervida tecta? nihil.
24. In Eundem.

Non me suspendent, dicis, non igne
cremabunt.
Est ita. fumabunt. tertia pæna tua est.
43. Ad Jo. Albertum Plischovium,
Trechovii Dominum.

Flagitium sine tormento Cacus omne
fatetur.
Hic unus sevo pectore candor inest.

44. In

44. In Cacum.

E medio nisi te deberet tollere fumus,
 Servaret gladio Nupta secunda truci.

45. Ad Adolph. Jo. Plitchovium.
 Cobroviæ Dominum.

Hæc Domini, Lætare, dies tibi dicit,
 Adolphe,

Tristis, quoniam flamma voravit opes.

46. In Cacum.

Ad dirum qui te comitabitur, impro-
 be, palum,

Processus magni nominis instar erit.

47. Ad Blasium Grabium, Sholz
 Rostoch. Senat. Rect. amicum suum

Quartus ait: Carnem demon non in-
 duit ullus.

Res est, quod nondum viderit ille Cacum.

48. In Cacum.

Si tibi colla forent, ferro, fumoq; perires,
 At non sunt, fumo perderis ergò, duo.

49. Ad Jo. Frideric. von Lebsten/
 Vardoviæ Dominum.

Ni Cacus inferni peior foret Angve, vigore
 Staret adhuc veteri Cobroviense
 solum. 50. De:

50. De Caco, & Piscario.

DExtra Caci villam. Piscari, ab ignis
ad instar,
Accendit famam noxia lingua bonam.

51. Malum stupendum.

Nires ipsa Caci succendia seua doceret,
Vellem figmentis adnumerare novis.

52. Ad Deum ter opt.

Cobrovica sortem Laga est perpeffa priori
Tempore, quam prohibe posteriore Deus!

53. In Cacum.

Quò nequirit, quamvis voluit, Satan
ipse venire,
Te misit, flammis, Angele dire, datis.

54. In Piscarium.

Pessimus es, nec te quid possum fingero
pejus,

Excepto, namq, est turpior igne, Caco.

55. De Cobrovico domicilio.

Ad Joh. Alb. von Plischow/
Trehovii Dominum.

Quæ stat adhuc illæsa domus, quod scri-
bere later,

Illæ, Deo, victum reddere, dante, potest.

56. Ad

56. Ad Jo. Frid. von Lebsten/
Vardovix Dominum.

DEbuit in stabulum pecoris qui pabula
ferre, (Cacus
(Triste malum!) flammam intulit, igne

57. Ad Ottonem Frid. von
Moltken/
Nicoria Dominum.

Vix tecta arserunt, nova præmeditatur
Adolphus,

Qvæ Deus extremum servet ad usq; diem:
58. In Cacus.

Tu non es dignus, verum indignatio
nostra

Nomine te toties, pessime latro, vocat,
59. In Eundem.

Pascendo esse Deus debebas perdere,
flammis

Redderis, ignitâ trux feritate, Satan.
60. Ad Adolph. Jo. von Plischow
Cobrovix Dominum.

Qvæ Cacus insensâ flammâ tibi, Adol-
phe, peremit,

Immenso reddet sanore tunc la Deus.
61. Ad

61. Ad Joach. Henr. Vereggium,
Roskevizii, Sibbezini &c. Dn.

Perditur in puncto, multis quod condi-
tur annis.

Hoc verum clades Cobroviana docet.

62. Ad Ottonem Fridericum von
Moltken /
Nicoriæ Dominum.

Plischovio mens magna meo laudatur
inesse:

Funeftis nuper maxima rebus erat.

57. In Cacum.

Divelli cupis à sociatâ conjuge nequam,
Carnificis dirâ eras Cace, fiet ope.

64. In Eundem.

Pessime, Laurenti flamma torreberis
instar,

Optima Laurenti sed tibi causa deest.

65. Ad liberos Plischovianes.

Ades, orâstis, nè perderet ultio vestras
Auxilium sortes obtinuere preces.

66. In Cacum.

Diceris igniti Cace virus habere colubri,
Humanum exodit qui sine sine genus.

67. Ad

67. Ad Adolph. Jo. Plifchovium
Cobroviæ Dominum.

IPse secundarum, passus, quàm verbere
duro,

Adversas, rerum tu tamen esto memor.

68. In Cacam.

TE qui non læsit, Dominum tu lædis
avarè,

Omnia succendens, pessime latro, tuum.

69. Ad Hermannum Schuckmannum,
Doct. Theologum.

UNâ nocte fuit fortunam expertus
utramq;

Egregius villæ Cobroviensis herus.

70. In Cacam.

Quot pecoris capita arserunt, Cace,
perdite latro,

Te mortes totidem sustinuisse, decet.

71. In Eundem.

Quid facis, o Cace frivole, quid facis
imprope latro?

Pessimus es rotus, nil facis ergò boni.

72. Ad Josuam Arndium, Theol.
& Poëtam,

ove

Quæsitus, cladem cur non prius ausa
maligna est

Dextera? respondit pessimus ore Cacus:
Sensibus haudquaquam rapidus prius illa
jubebar.

Et tunc debebat sensibus esse quies.

73. In Cacus.

Si tibi vel centum vel plures, improbe,
vitæ

Essent, has fumus lamberet unus, homo.

74. Ad Jo. Frid. von Lehsten /
Vardoviæ, & Dœlizii Dominum.

Strage quòd infandâ est ausus crudelia,
tædet,

Arcadicum ut, cecidit sarcina quando,
pecus.

75. In Cacus.

Fumo læsisti, fumo laderis amaro.

Dignus non uno nomine mortis eras.

76. Ad Dan. Georg. Morhofium
J. D. & Prof. amicum suum.

Flammâ consumpsit quòd pessimus, in-
probus, audax

Omne pecus, latro judicat esse decus.

77. Ad

77. Ad Jo. Petraeum Civit Rost.
Consulem æqvissimum.

Non ego sum primus latro, qui talia
feci,

Insano nuper dixerat ore Cacus,
Dum modò non ullus tam turpiter audeat,
ille

Talia, postremus, qui patietur, erit.

78. In Cacum.

Quòd succendisti Domini tot pessime
tecta,

Pœnitet, ac si res digna peracta foret.

79. Ad Deum ter max.

Hactenùs iratâ misisti incendia dextrâ,
Multa quidem, pavidò quæ nocuere
solo.

Ut Cacus audacter feraleis augeat ignes,
Indomitâ flammâ adjicit ipse manu.

80. In Cacum.

Omeminisse tui non possim, maxime
latro,

aut flammæ possim dememinisse tuæ.

81. In

81. In Eundem.

Quicquid habet mundus, turpissime la-
tro, malorum,

Exæquat facinus vix feritate tuum.

82. Ad Casp. Marchium D. Medi-
cum, amicum veterem.

Qui stando calefit dira ad succendias
negram,

Ad flammam ardebit, torridus igne, rogi.

83. In Cacus.

Latrones alii fingunt, tu fingere nescis.
Sic pugnat facinus cum ratione tuum.

84. Ad Henr. Rudolph. Redekerum
J. D. & Professore.

Quod scelere infando superat crudelia
grævis,

Gaudet monstrosus, trux feritate, Cacus.

85. De Caco.

Igne ferox Dominos serali, ait, excipi-
endos,

Nè nimis extollant colla superba, Cacus.

86. Ad Nic. Gladovium.

Doste, Caci funus temerè crudele,
Gladovi,

Infami vivum flammæ erit escâ rogo,

87. Ad Theodorum Soterem,
Conf. Rostoch.

OMnia momento ferme qui diruit uno,
Horis vix aliquot corruet igne Cactus.

88. Ad Hardevigum Hanium, Th.
Lumine abhinc mæsto torrebitur igne,
secundo,

Qui Dominum infesto terruit igne, Cactus.

89. Ad Christian. Woldenbergium,
J. D. Prof. & consist. Du-
calis Asses.

Vale laboris opus fuit, cheu, flebile
sane,
Talis est merces percipienda Caco.

90. De 28. Apr. 1663, die executi-
onis.

Ad Tobiam Rombergium.

Jam prope tempus adest, qui terruit om-
nia fumo,

Ut fumus sevo torreat igne Cactus.

91. Ad benefactores Plischovianos.

Omnibus à vobis Deus omnia tristia
pellat,

Tristibus acceptam namq; tulistis opem.

B

92. Ad

92. Ad Cacum.

Quam, temerè demens, habuisti Stellis
nunquam,
Nunc tandem modicam suscipe dire fidem.

93. Ad Henr. Rudolph. Redekerum
J. D. & Prof.

Dextrâ qui solâ fumos heu vèdidit atros,
Noxius huic toto corpore fumus eris.

94. Ad Eliam Plaggenmarium.
Theol. amicum suum.

Eheu, quàm finem sortitur bellua sevum:
Exodit finem, legerat ipsa, suum.

95. In Cacum.

Nuncius accipitur quando, Cace perfide,
mortis,

Pes sine crudelem latro fuisse, piget.

96. Ad Hardevigum Hanium, Th.

De latrone Caco (quis crederet illa
futura?)

Nos confessorum fecimus ambo pium.

In Nebrium.

97.

Tu solare Cacum, Nebri, & quod ma-
jus habetur

Carnifici, per me nam licet, adde manus.

98. Ad

98. Ad Hardevigum Haniūm.

Orandum est, nè sit mens vana in cor-
pore Jano,
Qualis mens Nebrio, nos quia carpit,
ineſt.

99. Ad Eundem.

Conſolatores nos, improbus ore, ne-
gando,
Plenus erat Lagæ Nebrius, Hane, citho.

100. Ad Stephanum Haniūm Th.

Gustr. amicum integerr.

Qui Cacus est solitus crudeli nomine dici,
Hora dedit vitæ penè ſuprema Bonum.

101. Ad Dan. Janum, Guſtr.

Episcopum.

Latronem ad Christum converterat
hora ſuprema,

Convertitq; dies ultima, Jane, Cacus.

102. Ad Lectorem.

Jam Cacus ad meritum fumos exhaustit,
& ignes,

ultimus ut Cacus hic ſit Cacus, ergò

102a.

B. 2.

103. Ad

103. Ad Matthæum Liebherren/
Conf. Rost.

Sic Cacus ad finem pervenit turpiter
æquum.

O utinam ad finem venerit omne Kakòr.

104. Ad Arnoldum Gebhardum
Ludicum, Th. amicum suum.

Dum nos incusat solati insufficientis,
Dico, quod res est, ebrius est Nebrius.

105. Ad amicum suum D. G. Mor-
hofium

Omnia purgantē quando est translatus
in ignem,

As habuit purum, qui scoria æris erat.

106. Ad Hardevigum Hanium, Th.

Nebrius insulsas quoniam obturaverat
aures,

Nescibat, voces vos geminare Caco.

107. Ad Dan. Parschitium Pannonium

Amplius haud Cacus est, sed dexter lairo
vocandus,

Qui Christi merito stat, renovante Deo.

108. Ad

108. Ad Casp. Melanocephalum

J. D. & Syndic. Vismarien

Crudelâ trahitur Cacus heu bis forcipe,
sevo
Spectaclo, at justo, servat & usq; fidem,
Inde rogam sequitur, moriturq; in nomine
Jesu,

Horæ vix quartâ parte ferente necem.

109. In Andrium.

Ignita seivum ridens ad forcipis ictum,
Andrius, ignitâ forcipe dignuserat.

110. In Nebrium.

Judicete, non sufficiunt solatia, Nebri.
Quando educeris, en manus, ampla
dabo.

111. Ad divinum Spiritum.

AD Servatorem servos convertere ne-
quam,
Servatur soli, Spiritus alme, tibi.

112. Ad Hardevigum Hanium.

Laudabat summum, quod plecteret igne,
Tonantem,
Hani, nunc Agathus, qui fuit ante
Cacus,

B 3.

113, In

113.

In Nebrium.

Illætu mendax agitas solatia nugis.
 Qvis tibi, càm flammæ experiere,
 dabis.

114.

Ad Jo. Marci.

Marce, Caci hoc sævum Libro tibi de-
 beo nomen,

Remq; sibi totam debuit ipse Cacus.

115.

Auctoris ebrietas.

In Nebrium.

Talia nostra, Nebri, solamina summa
 fuere,

Qualis Sanctorum Concio prima fuit.

Act. 2. 13.

116.

In Cæophilum.

Funere sic Cacus est. sublatus latro
 tremendo,

Quisquis es, hoc oculis objice latro tuis.

117.

In Nebrium.

Carnificem, dicit, solatia blanda
 dedisse.

Nulla dedit, nisi, quæ forcipe, &
 igne cedit.

Te:

Te quog; si tali solubitur ordine, Nebri,
Pensatæ precium garrulitatis eris.

18. Ad Dan. Janum, Gultrov. Episc.

QValia captivo feci solatia, Jane,
Sint in supremo talia agone mihi.

19. Ad Jo. Masium Theol.

Mite quidem ingenium est nobis, sed &
imperiosum,
Dum Cacus, & mendax Nebrius id
stimulant.

120. Epitaphium Caci:

Hic jacet ille Cacus, qui diruit omnia
flammis,
Excepta Deus hanc vult superesse, domo.

121. Meritum condigni:

Hæu, quot sæva, Cacos tota regione
nocentis,
Threicosq; vocant crimina nostra Canes!

131. De

131. De Caco Thracio.
Ad miseram Germaniam:


Hellespontiacæ fremit horrida bestia
terre,

Et numerosa tuas funditûs ambit aqvas.

Heic sint arma preces. facilem suspiria:
reddant,

Difficilem fecit quem tua vita, Deum,

F I N I S
LIBRI SINGULARIS.










Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn727402897/phys_0039

DFG







Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn727402897/phys_0042

DFG



